Werk

Titel: Parerga

Autor: Wilamowitz-Moellendorff, U. de

Ort: Berlin

Jahr: 1879

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?509862098_0014|log28

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

PARERGA.

I. APOLLO Pythius vaticinium hoc edidisse perhibetur ab Herodoto A 67

ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύω κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
καὶ τύπος ἀντίτυπος καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται.

ratum hoc vidit Lichas Lacedaemonius, τοῦ χαλκέος δύο ὁρέων φύσας τοὺς ἀνέμους εὕρισκεν ἐόντας, τὸν δὲ ἄκμονα καὶ τὴν σφῦραν τόν τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον, τὸν δὲ ἐξελαυνόμενον σίδηρον τὸ πῆμα ἐπὶ πήματι κείμενον, κατὰ τοιόνδε τι εἰκάζων ὡς ἐπὶ κακῷ ἀνθρώπου σίδηρος ἀνεύρηται. solet Apollo sexto saeculo versus facere perfectissimos, itaque persuadere mihi non possum tam inconcinne eum locutum esse. deceperit potius Herodotum vocabulum Ionibus ignotum quod apud Dorenses fuisse constat e numo Cretensi. deum igitur dixisse arbitror καὶ τύπος ἀντίτυπος καὶ παῖμ' ἐπὶ παίματι κεῖται.

II. HOMERVM Chalcide ab Hesiodo victum esse concedere nemo poterat qui multo ante Hesiodum eum fuisse credebat. quo modo ex hac difficultate se exolverint memorabile testimonium superesse mihi videtur in Plutarchi convivio VII sapientium 153 f., quod vel Hercherus interpolatione obscurari passus est. convenisse dicuntur ad Amphidamantem τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταί. ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἐφάμιλλον, ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν [Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου] πολλὴν ἀπορίαν μετ' αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις· καὶ προὔβαλε μὲν ὧς φασι Λέσχης . . . . . ἀπεκρίνατο δ' Ἡσίοδος . . . .

Alius ex minoribus Homeri carminibus obliviosi fuerunt qui-

cumque vitam Homeri e Proculi Lycii chrestomathia in codicem Marcianum receptam ediderunt. enumerat Proclus *παίγνια*, Margitam Batrachomyomachiam *ἑπτάπεκτον αἶγα, Κέρκωπας*, ΚΑΜΙΝΟΥΣ. carmen in paucis memorabile cuius nomen e corruptela *κενούς* revocandum erat personatus Herodotus servavit.

III. Suidas s. v. *Πείσανδρος* vel potius Hesychius Illustrius vel potius Dionysius Halicarnasensis vel potius eius quisquis fuit auctor solam Camirensi poetae tribuit Heracleam *τὰ δὲ ἄλλα τῶν ποιημάτων νόθα αὐτοῦ δοξάζεται, γενόμενα ὑπό τε ἄλλων καὶ* ΑΡΙΣΤΕΩ ΤΟΥ ΓΟΗΤΟΣ. Suidas *Ἀριστέως τοῦ ποιητοῦ* scripsit. *γόης εἴ τις ἄλλος* Aristeas etiam Straboni audit XIII 589.

IV. THEOCRITVS *Φαρμακευτριῶν* 142

ὥς κα τοὶ μὴ μακρά, φίλα, θρυλέοιμι, Σελάνα —
ἐπράχθη τὰ μέγιστα καὶ ἐς κόρον ἤνθομες ἀμφώ.

elegantem alterius versus emendationem occupavit Hemsterhusius: traditum *ἐς πόθον* inhaerere editionibus immane est. priorem dedi qualis in Ambrosiano est. interpolatorum librorum scribae, cum copulam deesse viderent, *χὥς κα*, recentiores propter laesam particulae *κά* syntaxin multa non magis memorabilia coniecerunt. scilicet simplicissimum ac verum *ὡς καί τοι* scribere non sunt ausi, immemores illi moris Alexandrini quo copula a principio enuntiati traicitur.

Ἀδωνιαζουσῶν 66 mulieres duae cum duabus ancillis per densissimam spectatorum turbam penetrant. quorum fluctu ne abripiantur Praxinoa Gorgus manum capessit, idemque facere Eunoam iubet, suam ancillam, Eutychidemque, quam Gorgus pedisequam esse ex hoc versu discimus. *λαβὲ καὶ τὺ*

Εὐνόα Εὐτυχίδος· πότεχ' αὐτᾷ μή τι πλανηθῇς·
πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμῶν.

προσέχειν τινί nihil est nisi attendere ad aliquem, decetque mores Praxinoae quod suae scilicet ancillae curam alterius mandat. non dubium quin Theocritus dederit *πότεχ' αὐτᾷ μή τι πλαναθῇ*.

Χαρίτων 94 *τέττιξ*

ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος ἔνδοθι δένδρων
ἀχεῖ ΕΠ *ἀκρεμόνεσσιν.* — codices *ἐν* praebent.

Schol. Theocrit. IX init. Hermesianax Menalcam Chalcidensem dicit *ἐρασθῆναι τῆς Κρηναίας Εὐίππης*. ita Ambrosianus, *Κυρηναίας* deteriores libri. estne tam difficile Euboicum nomen hinc elicere ut nugemur? opinor *Κηναίας*.

V. BIO Hyacintho

ἀμφασίᾳ τόκα Φοῖβον ἕλεν TO ΣON *ἄλγος* IΔONTA,
δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπιμαίετο τέχναν,
χρῖεν δ' ἀμβροσίᾳ καὶ νέκταρι, χρῖεν ΕΠΑΙΣΑΣ
ὠτειλάν· μοιραῖα δ' ἀναλθέα τραύματα πάντα.

v. 1 *τόσον ἄλγος ἔχοντα*, v. 3 *χρῖεν ἅπασαν* Stobaeus qui hos versus servavit Ecl. I 5. idem Flor. 110, 17 e Cyclope Bionis

αὐτὰρ ἐγὼ βασεῦμαι ἐμὰν ὁδὸν ἐς τὸ κάταντες
τῆνο ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ AIONOΣ ΨIΘΥΡΙΣΜΑ
λισσόμενος Γαλάτειαν ἀπηνέα.

nihili est traditum *αἰόνα ψιθυρίσδων*.

VI. XENOPHANES in elegia illa quae *νόμου συμποτικοῦ* antiquissimum exemplum est postquam adparatum convivii descripsit inde incipiendum esse ait ut paean canatur et bona verba dicantur. quibus in precibus id potissimum nuncupandum esse quod omnium primum sit, ut bona facere possimus i. e. ne vino calidi *παροινῶμεν*. sed his religiose perpetratis fas esse genio indulgere, modo a foeda ebrietate caveamus. sequebantur de ipsa conpotatione praecepta e quibus primum adscripsit Athenaeus XI 462, vel potius auctor eius, nam elegiacos lyricosque poetas non excerpsit ipse. enarravi argumentum ne quis Pythagoristarum somniis decipiatur; servati sunt versus non ex ordine tantum positi sed etiam integri fere, in quibus multa multi titubavere.

χρή τε πρῶτον μὲν θεὸν ὑμνεῖν εὔφρονας ἄνδρας
εὐφήμοις μύθοις καὶ καθαροῖσι λόγοις.
σπείσαντας δὲ καὶ εὐξαμένους τὰ δίκαια δύνασθαι
πρήσσειν (ταῦτα γὰρ ὧν ἐστι προχειρότερον)
οὐχ ὕβρις πίνειν ὁπόσον κεν ἔχων ἀφίκηαι
οἴκαδ' ἄνευ προπόλου μὴ πάνυ ΓΥΡΑΛΕΟΣ

nihil mutandam erat nisi unius vocalis signum, legebatur enim *γηραλέος* perinde ac si senectus ebrio gressu incederet.

VII. Nescio an ex nullo carmine divina illa ars qua Simonides lyricorum Graecorum facile princeps est luculentius eniteat quam ex elegidio quod conposuit dum Megaris Corinthum per iuga Geraniae iter facit. cum enim naufragi corpus animadvertit quod fluctibus Methuridas insulas inter et praecipitia orae quae nunc *κακὴ σκάλα* audit saxa volvitur, pium sepulturae officium exequi nequit, tamen qui tot ignobiles homines arte divina immortales reddidit incognitum illum quo uno potest ingenii

monumento ornare non neglegit. „o utinam ne exstaret inter Graecos Gerania crudelis! nam nunc corpus ecce mortuum frigidis undis fertur, nec scimus ubi parentes et amici eum defleant cuius ne corpus quidem avidum mare eis reddidit.“ — facile sentit quicumque Graecae artis Ionicae simplicitatis Simonidearum lacrimarum non plane inperitus est non iniuria tanto praeconio me hoc carmen extulisse; versu ultimo *τῆλε* faciendum fuisse ex *τῇδε* quod Anthol. Pal. VII 496 traditum est etiam facilius intellectu est.

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελες Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐκ Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναιν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μεθουριάδος·
νῦν δ᾽ ὃ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς· οἳ δὲ βαρεῖαν
ναυτιλίην κενεοὶ τῆλε βοῶσι τάφοι.

VIII. Inter IV saeculi epigrammatographos palma debetur PLATONI, Aristonis f. Collytensi. operae pretium erit aliquando explicatius de arte eius dicere praeclaraque carmina et a suspicionibus et a cavillationibus liberare. nunc satis habeo saepe temptatum versum emendasse. castissimus scriptorum pueri amati nomen reticuit, vel potius ficto 'Sideris' nomine occuluit. puer ille, quem ex auditoribus sive condiscipulis eius fuisse non incuriosum astronomiae credibile est, Atheniense caelum, quo nullum est lucidius, nocte serena suspicit; amator nihil videt nisi amores suos[1]); optatque tecte quidem ut puer in se potius oculos dirigat, palam vero ut ipse caeli loco sit, quod innumerabilibus oculis ora luminaque formosi pueri contuetur.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
οὐρανὸς ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπει.

traditum est *ὡς — βλέπω*, non soloece tantum sed rustice, nam finalis particula ipsa logices ariditate displicet, et detergetur plane verecunda illa adhortatio, utinam tua lumina ita in meis fixa essent

---

[1]) Amatorem abreptum in contemplandis amoribus dum illi amoenitate loci delectantur consimiliter Lars Byro finxit (uti consuevi inconparabili Gildemeisteri interpretatione) Somnii cap. 2:

die zwei, ein Jüngling und ein Mädchen, standen
dort schauend, sie auf alles was dort unten
schön war wie sie: der Knabe nur auf sie.

ut mea in tuis, utinam ego tibi essem spectaculo, sicut tu mihi sideris instar es.

IX. Tertium saeculum duos potissimum poetas tulit qui artem epigrammaticam in summo fastigio conlocaverunt Asclepiadem Samium Cyrenensem Callimachum. huius carmina paene perpolita sunt, modo circumspecto iudicio emendationes seligamus, in plerisque vero ab omni emendatione caveamus. nam hymnis Callimacheis pauca carmina melius conservata sunt. at opus est interpretatione, et ad artificia magni sed tenebricosi poetae *οὐ παντὸς ἀνδρός ἐσθ' ὁ πλοῦς.*

CALLIMACHI facetum carmen (Anth. Pal. XII 148; 32 Mein.) non intellexerunt quicumque ad puerum credunt scriptum esse. vetat hoc fieri qui per Gratias iurat, nam amicitiae non amoris numina sunt. *ἀκούσατ' ἦ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας ἄρουραν ἦ Χαρίτων ἀναπολίζομεν* Pindarus carmen Thrasybulo Xenocratis filio Pythia victori scriptum incipit. quidquid ex litteris antiquis per hos quinque annos legi conprobavit mihi variam quidem *Χάριτος* notionem esse, et quaecumque notio vocabulo inest eam ad deas posse transferri; non minus vero probavit de usu nominis verissima praecipi apud Stobaeum Ethicorum II 6 17 *χάριν δὲ λέγεσθαι τριχῶς, τὴν μὲν ὑπουργίαν ὠφελίμου αὐτοῦ ἐκείνου ἕνεκα, τὴν δ' ἄμειψιν ὠφελίμου, τὴν δὲ μνήμην ὑπουργίας τοιαύτης· διὰ τοῦτο καὶ* ΤΑΣ ΔΑΙΜΟΝΑΣ (*τάσδε μόνας* vulgo!) *τρεῖς ὁ βίος κατεφήμισε. λέγεσθαι δὲ καὶ τὴν ἐν ὄψει ἢ ἐν λόγοις.* libenter etiam Plutarchi admiratores conparabunt Erotici cap. 5. nego igitur amatoriam vim Gratiis usquam subesse. Callimachus autem amico male gratum animum exprobrat qui suam sibi egestatem rustice ostenderit, postquam, ut puta, donum aut officium frustra petivit. *scio* inquit, *me egenum esse, quid id me mones? a quovis homine aegre fero hoc mihi exprobrari; et a te, amicissime, idem committi summa est in amorem nostrum iniuria.* hinc certa conligitur emendatio

Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κενεαὶ χέρες, οἶδα, Μένιππε,
μὴ λέγε, πρὸς Χαρίτων, τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί·
ἀλγέω νὴ Δία παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων·
καὶ, φίλ' ἐτῶν, παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

νὴ Δία feci ex *τὴν διά*, ac prolatam video eandem emendationem a Iacobsio, sed inter multas alias ac ne ab ipso quidem recte intellectam. pentametri initium in codice est *ναὶ φίλε τῶν*. par-

ticulae mutatio certa est; quod restat cum traditum esse videatur nolo mutare. — Hymnus in Delum 41

πολλάκι σε Τροιζῆνος ἀπὸ ξάνθοιο πολίχνης
ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
ἄνδρες ἐπεσκέψαντο.

quod codex archetypus habuit *πολλάκις* ἐκ Graevius et Meinekius emendarunt. *ξάνθοιο* vero iniuria temptatur. nam masculina forma nequaquam expellenda est in feminino adiectivo apud Callimachum, flavam vero Troezena doctissime vocavit scriptor *περὶ ποταμῶν*. fuisse enim ibi fontem quem ferebant alterum Crathin colore quodam inficere ea quae tingebat, non solum Dionysodorus, Troezenius ipse, tradit apud schol. Eurip. Hipp. 121, sed ipsius Euripidis verba hanc sententiam flagitant *Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στάζουσα πέτρα λέγεται Βαπτὰν κάλπισι ῥυτάν Παγὰν προιεῖσα κρημνῶν*. flavum autem eum colorem fuisse discendum esset a Callimacho: nunc vero *Χρυσορρόαν* nomen accipimus a Pausania II 31 14.

X. ASCLEPIADES Anth. Pal. v 145

Αὐτοῦ μοι στέφανοι παρὰ δικλίσι ταῖσδε κρεμαστοὶ
μίμνετε μὴ προπετῶς φύλλα τινασσόμενοι,
οὐς δακρύοις κατέβρεξα· κάτομβρα γὰρ ὄμματ' ἐρώντων·
ἀλλ' ὅτ' ἀνοιγομένης αὐτὸν ἴδητε θύρης,
στάξαθ' ὑπὲρ κεφαλῆς ἐμὸν ὑετόν, ὡς ἂν AMYNTA
ἡ ξανθή γε κόμη τἀμὰ πίῃ δάκρυα.

ἄμεινον codex.

v 153 *Νικαρέτης τὸ πόθοισι* BEBAMMENON *ἠδὺ πρόσωπον*
πυκνὰ δι' ὑψιλόφων φαινόμενον θυρίδων
αἱ χαροπαὶ Κλεοφῶντος ἐπὶ ΠΡΟΘΥΡΟΙΣΙ MAPANAN,
Κύπρι φίλη, γλυκεροῦ βλέμματος ἀστεροπαί.

βεβλημένον — *προθύροις ἐμάραναν* contra tanti poetae artem. correxerat hoc Kaibelius in Commentationibus Mommsenianis.

v 210 *τῷ* ΘΑΛΠΕΙ *Διδύμη με συνήρπασεν· ὤμοι, ἐγὼ δὲ*
τήκομαι ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ κάλλος ὁρῶν.
εἰ δὲ μέλαινα, τί τοῦτο; καὶ ἄνθρακες· ἀλλ' ὅτ' ἐκείνους
θάλψωμεν, λάμπουσ' ὡς ῥόδεαι κάλυκες

θαλλῷ. —

v 169 *Ἡδὺ θέρους διψῶντι χιὼν ποτόν·* ΗΔΙΟΝ ΑΥΤΙΣ
ἐκ χειμῶνος ἰδεῖν εἰαρινὸν στέφανον·

ἥδιστον δ' ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας
χλαῖνα καὶ αἰνηται Κύπρις ὑπ' ἀμφοτέρων.

v. 1 ἡδὺ δὲ ναύταις. quod v. 3 in codice est ἥδειον dudum vero cessit.

v 146 Νύξ, σὲ γὰρ οὐκ ἄλλην μαρτύρομαι, οἷά μ' ὑβρίζει
Πυθιὰς ἡ Νικοῦς οὖσα φιλεξαπάτης·
κληθεὶς οὐκ ἄκλητος ἐλήλυθα. ταὐτὰ παθοῦσα
σοὶ μέμψαιτ' ἐπ' ἐμοὶ στᾶσα παρὰ προθύροις.

nihil magis breve aut concinnum hoc epigrammate. Pythias Asclepiadem vesperi venire iusserat. stat iam in vestibulo callidi scorti, expectat frustra. sola eum Nox audit, Noctem, non aliam, nedum eam quam toties frustra clamaverat (inde ἄλλην maluit quam ἄλλον ponere) inplorat; vide exaequata subtiliter hexametrorum principia. quod autem dicit 'hoc de me queratur dum ad fores adstat', poterat quidem ita loqui, ut plerique eum loquentem faciunt qualicumque remedio 'hoc queratur in meo vestibulo', sed ita demum locus depingitur quasi, ita demum Asclepiadem haec παρὰ προθύροις στάντα dicere discimus. consummata ars est: nec mutavi quidquam nisi quod in codice est ἐμοῖς στᾶσα. dixi de hoc carmine explicatius quod vidi vel Arthurum Ludwichium cum hoc tum alia Asclepiadis, cuius ne metricam quidem artem perspexit, corrumpere.

XI. Excipiant elegantissimos pessimi poetae ISIDORVS AEGEATA VII 152

Ἰξῷ καὶ καλάμοισιν ἀπ' ἠέρος αὖτὸν ἔφερβεν
Εὔμηλος λιτῶς ἀλλ' ἐν ἐλευθερίῃ,
οὔποτε δ' ὀθνείην ἔκυσεν χέρα γαστρὸς ἕκητι,
τοῦτο τρυφὴν κείνῳ, τοῦτ' ἔφερ' εὐφροσύνην·
τρὶς δὲ τριήκοστον ζήσας ἔτος ἐνθάδ' ἰαύει
παισὶ λιπὼν ἰξὸν καὶ ΗΕΡΑ καὶ καλάμους.

καὶ πτερά codex.

Hymnus in Bacchum IX 524 2

Ἀβροκόμην ΑΓΕΡΩΧΟΝ ἀοίδιμον ἀγλαόμορφον

ἀγροῖκον codex.

Byzantinus qui e descriptione pedestri columnarum caelatarum epigrammata edolavit CYZICENA

8 Μᾶτερ Ὀδυσσῆος πινυτόφρονος Ἀντίκλεια,
ζῶσα μὲν εἰς Ἰθάκην οὐχ ὑπέδεξο πάιν,

ἀλλὰ σὲ νῦν Ἀχέροντος ἐπὶ ῥηγμῖσι γεγῶσαν
θαμβεῖ ΑΝΑΞ *γλυκερὰν ματέρα δερκόμενος.*

ἀνὰ codex.

11 *Ἔτλης καὶ σὺ λέχη Δανάης, Πολύδεκτα, μιαίνειν*
δυσφήμοις εὐναῖς ΤΟΝ ΔΙ ΑΜΕΙΨΑΜΕΝΟΣ

τῷ Διὶ μεμψαμένης codex.

7 *Ἀμφίων καὶ Ζῆθε* ΔΙΟΣ *σκυλακεύματα*

δύο codex.

XII. Non indiget quidem demonstratione, *Ϝ* litteram principio vocabulorum ubicumque linguae ratio eam patitur restituendam esse apud ALCMANEM. nihilo minus expedit corruptela oblitteratum vau novo exemplo ostendisse. incipit fgm. 74 *κλίναι μὲν ἑπτὰ καὶ τόσαι τραπέζαι κτέ.* sed *τόσαι*, quod omnino inportunum est, a Laconica dialecto abhorret, quae geminari sigma iubet; geminatum vero non tolerat iambus: certe ego istis non scribo qui nihil non licuisse lyricis credunt, modo aut *ἄμετρον* aut *σόλοικον* sit. scripsit vel cecinit Alcman quod omnium simplicissimum est *κλίναι μέν ἑπτὰ καὶ Ϝίσαι τραπέζαι.* — ceterum inter lyricos solus Alcman restistutionem litterae *Ϝ* admittit: neque credo alterum omnino esse scriptorem; siquis est, Epicharmus est, sed de eius numeris atque elocutione Lorenzii editio sententiam ferri non sinit. nec fuit in Epicharmo Ahrens felix: vide quid ille ex Spei fgm. 3 (p. 228 Lor.) extuderit. traditum est fere id quod verum est et elegans *ἐκάλεσσε γάρ τύ τις Ἐπ' ἀΐκλον ἀέκων τὺ δὲ ἑκὼν ὤχεο τράχων.* pronuntiatum esse vau in propatulo est, num vero scripserit scriptumve acceperit Apollodorus, (ex eo enim pendemus) opus est disquiratur.

XIII. Peccari solet in restituendis fragmentis eo quod in versus rediguntur quae ipsorum excerptorum cura lacerata sunt. dabo duo exempla aeque luculenta. Ab Apollodoro accepit Strabo XIII 600 ALCAEI fgm. 32 quod in codicibus misserrime depravatum est. quorum sordes apud Bergkium una cum emendatorum conaminibus constipatas si perlustraveris, haec a Strabone profecta esse tibi persuadebis. *λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σόος „Ἀρεύια δ' ἔντε' οὔ· Σκύλλον δ' ἀλίκροτόν νιν ἐς Γλαυκώπιον Ἶρον ὀνεκρέμασσαν" Ἀττικοί.* nomina propria ubi versibus includere conaberis, omnia pervertes.

In IBYCI fgm. 8 (sive Stesichori est) quod a Callimacho Pam-

philus, a Pamphilo Athenaeus accepit, verba redintegrari possunt, versus non item, quorum conpagem Callimachus in solis avium nominibus occupatus solverat. *τοῦ μὲν πετάλοισιν ἐπ'* ΑΚΡΟΤΑΤΟΙΣ ΙΖΑΝΟΙΣΙ *ποικίλαι πανέλοπες, αἰολόδειροι λαθιπορφυρίδες καὶ ἁλκυόνες τανυσίπτεροι.* codex *ἀκροτάτοισι ξανθοῖσι. τοῦ* fluminis vel paludis nomen spectat.

XIV. Peccant contra certissimam metrices Aeoliae regulam, quam unus videtur notam habuisse Lachmannus, quicumque in altero SAPPHVS fragmento libelli *περὶ ὕψους* scripturam secuntur *ἄλλα κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λέπτον δ' Ἄϋτικα χρῷ πῦρ ὑπαδεδρόμηκε* (sive adeo *ὑποδεδρόμακεν,* nam nutritur Lipsiae haec scabies sicut *ἐφίλασα* et *γεγεναμένον*; quidni *ἔθακα*? hordea qui dixit superest ut tritica dicat). si Horatius qui nullum ex Aeoliis metris non corrupit elisionem in fine primi alteriusve hendecasyllabi admisit, quid id ad exemplaria Graeca aut meliore praeceptore usum Catullum? ac Plutarchus longe aliter conformatum hunc versum dedit, *γλῶσσ' ἔαγ' ἂν δὲ λέπτον.* quanto praestet aoristus perfecto manifestum est; synaloephe dura sed in primis Sapphica: scripsit igitur *ἄλλα κὰμ μὲν γλῶσσ' ἐάγη· ἂν δὲ λέπτον Ἄϋτικα πῦρ χρῶν ὑπαδεδρόμηκεν.* — Fgm. 22 *ἤ τιν' ἄλλον* ANT *ἔμεθεν φίλησθα.* traditur apud Apollonium Dyscolum de pron. 83[c] *ἄνθρωπον.*

XV. STESICHORI Geryonidis 5 ita distinguendum est, quon Chalcidensis poeta accusativum plurativum primae declinationis corripere nequit

> *. . . . σχεδὸν ἀντιπέρας κλεινᾶς Ἐρυθείας*
> *Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ παγὰς*
> *ἀπείρονας, ἀργυροῤῥίζου*
> *ἐν κευθμῶνι πέτρας . . . .*

traditum est *ἀργυροῤῥίζους,* quod mutandum est vel ea de causa quod probus poeta adiectiva non cumulat sed inter substantiva distribuit; operae pretium faciet siquis in hunc usum adcurate inquisiverit. ceterum montium non fluvii radices argenteae sunt, dicit enim Himeraeus poeta, qui princeps Geryonis fabulam ad Baetim transtulit, de Tartessii argenti fodinis.

Inportunissima interpolatione debilitatur lepor apologi, quem Stesichoro e populari fama tribuit ARISTOTELES rhet. II 20. homo promittit equo salutem *ἐὰν λάβῃ χαλινὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν ἔχων ἀκόντια. συνομολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος ἀντὶ*

τοῦ τιμωρήσασθαι αὐτὸς ἐδούλευσεν τῷ ἀνθρώπῳ. „οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ὁρᾶτε μὴ βουλόμενοι τοὺς πολεμίους τιμωρήσασθαι ταὐτὸ πάθητε τῷ ἵππῳ. τὸν μὲν γὰρ χαλινὸν ἔχετε ἤδη, ἑλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα· ἐὰν δὲ καὶ φυλακὴν δῶτε καὶ ἀναβῆναι ἐάσητε, δουλεύσετε ἤδη Φαλάριδι. nisi forte imaginem evertit scripsit ἐὰν δὲ καὶ φυλακὴν δῶτε, καὶ ἀναβῆναι ἐάσετε.

XVI. SIMONIDES 36 e Stobaei Flor. 98 15

οὐδὲ γὰρ οἳ πρότερόν ποτ᾽ ἐπέλοντο
θεῶν ἐξ ἀνάκτων υἱέες ἡμίθεοι
ἄπονον οὐδ᾽ ἀφθόνητον οὐδ᾽ ἀκίνδυνον βίον
ἐς γῆρας ἐξίκοντο τελέσσαντες – ∪ . . . .

v. 2 υἱέες feci ex ἐγένοντο υἷες, v. 3 ἀφθόνητον ex ἄφθιτον; ne hoc quidem nimis violenter: nam ditrochaeum numeri flagitant. θεῶν monosyllabum est.

XVII. ANACREO 18 ψάλλω δ᾽ εἰκοσίχορδον
ΧΕΙΡΕΣΣΙΝ μαγάδην ἔχων, ὦ Λεύκασπι, σὺ δ᾽ ἡβᾷς.

εἴκοσι χορδαῖσιν μαγάδιν Didymus bis apud Athenaeum XIV 634 sq. μαγάδην Bergkius, εἰκοσίχορδον Hartungius praeiverant.

Eiusdem Anacreontis simulque Pindari de cottabi lusu testimonia adscribit Theophrastus apud Athen. x 427 d. Anacreontis est 54 Σικελὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαίζων, Pindari 128 Bergkii[4] Χάριτές τ᾽ Ἀφροδισίων ἐρώτων, ὄφρα σὺν Χιμάρῳ (sic recte Bergkius pro codicis χειμάρῳ) μεθύων Ἀγάθωνι δὲ καλῷ Κότταβον. arbitror corruptis illic δαίζων et δε καλω idem vocabulum eiusdem mensurae eiusdemque notionis obscurari: nam repone ipsum iaculandi verbum, sana est sententia, repone baccheum, sanum est metrum. suppeditat autem aptam vocem, quae una cum Siculo ludo interiit, Euphronius, princeps vasariorum, qui Smicram dum ἀποκοτταβίζει vociferantem fecit, τὶν τάνδε λατάσσω, Λέαγρε (O. Iahn. Philol. 28 t. 1). quod autem Atheniensis homo Sicula dialecto utitur, mores adulescentiae peregrinam elegantiam captantis libenter agnoscimus. reddamus Anacreonti λατάζων, Pindaro Ἀγάθωνι λατάξω.

XVIII. PINDARVS Pyth. 4 103

φαμὶ διδασκαλίαν Χείρωνος οἴσειν· ἄντροθε γὰρ νέομαι
πὰρ Χαρικλοῦς καὶ Φιλύρας, ἵνα κενταύρου με κοῦραι θρέψαν ἀγναί.
εἴκοσι δ᾽ ἐκτελέσας ἐνιαυτοὺς οὔτε ἔργον

οὔτ᾽ ἔπος ἐκτράπελον ΞΕΙΝΟΙΣΙΝ εἰπὼν ἰκόμαν
οἴκαδε.

traditum est κείνοισιν.

Isth. 2 41.

ἀλλ᾽ ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν ΘΕΡΕΙΟΣ
ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάν.

quod legebatur Θερείαις explicationem nullam admittit. num praeterea ποτ᾽ ἀκτάν sive πὸτ ἀκτὰν restituendum sit nemo potest dicere.

Nem. 9 28 legitur

εἰ δυνατόν, Κρονίων, πεῖραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοστόλων
ἐγχέων ταύταν Θανάτου πέρι καὶ ζωᾶς ἀναβάλλομαι ὡς
πόρσιστα.

pronomen ταύταν non habet qno referatur ac desideramus ad Θανάτου πέρι participium quale est κειμένην. scripsit Pindarus τακτάν.

Nem. 1 64 corruptela insidet antiqua quam ut tollerent et Alexandriae et nostra memoria frustra laborarunt viri et docti et indocti. Tiresias de Hercule vaticinatur et beluas eum sublaturum esse terra marique

καί τινα σὺν πλαγίῳ
ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα τὸν ἐχθρότατον
φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.

sententia non poterat alia proferri nisi, etiam hominum maleficorum quicumque ei obviam venturi sint Herculem interempturum esse. et elegantes sunt duo priores versiculi recte illi quidem a veteribus explicati. ut ultimum emendemus tenendum est metaphoram incohatam non posse temere neglegi. devio superbiae tramite incesserunt: in viam eos reduxit Hercules. quod quoniam necando fecit, et invisa ea via recte dicitur et verbum circumspiciendum est quo per vim et violentiam rem geri intellegamus. praeterea tam antiquae corruptelae lene et ipsa explicatione erroris commendabile remedium quaerendum est. aut fallor aut optime restituo τὸν ἐχθρότατον φᾶσέ νιν ὦσειν πόρον. litteram vau in libris Pindari Alexandriam delatis non amplius conparuisse, ita ut ne nobis quidem sit restituenda, persuasissimum mihi est, nec aliter sentiunt qui in antiquiore Graecorum lingua aliquid sapiunt. sed ea ipsa de causa vel magis corrupta fuisse ἐδάφια et consentaneum est et conpluribus in locis manifestum.

Threni insigne fragmentum quod Vaticanus scholiasta ad Rhesi v. 895 adscripsit non sine fructu relegi, totiens intenta oculorum acie ut vix sperandum sit multo plura lectum iri. ac scholiastae verba omnia recuperavi aut legendo aut certis supplementis coram codice excogitatis. in ipsis Pindari verbis aliquot Hermanni emendationes adgnovi, sed a coniciendo manus contineo. adscribam igitur quidquid ego legi servatis et versuum discriptionibus et lacunarum spatiis quatenus fieri id potest. sed in scholio tanta cura non opus est. *ἰαλέμῳ: καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ περὶ δου | . . . μένων·* — (l. *ἐν τῷ περὶ τραγῳδουμένων*; corruptelam ipsam non resuscitavi) *πλείους τῆς Καλλιόπης λέγει παῖδας ἐν τούτῳ· Καλλιόπῃ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα μιχθέντα γεν|[νῆσαι] Λίνον τὸν* (dele articulum) *πρεσβύτερον* (l. *πρεσβύτατον* Hermannus) *καὶ τρεῖς μετ᾽ ἐκεῖνον Ὑμέναιον | [Ἰάλεμον] Ὀρφέα· τῷ δὲ νεωτέρῳ* (l. *νεωτάτῳ* Hermannus) *τὴν μὲν ἐπιθυμίαν | [τῶν τοῦ πατρὸς ἐπιτηδ]ευμάτων ἐμπεσεῖν· καὶ περὶ τὴν μουσικὴν | [διενηνοχέν]αι πάντων· οὐ μήν τοιοῦτό γε πάθος | ο[ἷον λέγεται περὶ αὐτὸν] γενέσθαι. ἄλλως. Ἰαλέμῳ | θ[ρήνῳ, ὃν ἔ]λεγον προσωνομάσθαι ἐπὶ τιμῇ | [Ἰα]λέμου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης ὡς φησί*

Πίνδαρος· ἔντι μὲν χρυσαλακάτου τεκέων
. . . .ς· ἀοιδαὶ ὧ . ιαι παιάνιδες. ἔντι
. . . τελλοντες ἐκ κισσ .. . . . νον ἐκ διο . .
. . . . . αιόμεναι· τὸ δὲ κοι . . . αν τρεῖς
. . . . . ἀποφθιμένων — χροιζόμενον
. . . . σὺμ πρῶ λάβεν — οἴαγρον.

ultimi duo versus, quorum maior pars, cum infra ipsum textum continuentur, lectu est facillima, nihil novi praebuerunt.

XIX. PHILOXENI Cyclopis memorabile fragmentum delitescit apud Senecam patrem Suas. 1 1 12, vel potius apud Maecenatem cuius iudicium, non nimis prudens illud, Seneca refert. *tumidum est „ὄρους ὄρος ἀποσπᾶται“: Vergilius quid ait? „rapit haud partem exiguam montis“; ita a magnitudine discedit ut non inpudenter discedat a fide. est inflatum „καὶ* XEIPIA *βάλλεται νῆσος“: Vergilius quid ait? qui de navibus „credas innare revolsas Cycladas“.* nisi Maecenatem ratio fugit, poetae verba attulisse censendus est, ac demonstratur hoc copula qua continuari sententiam significatur. quod scribi ibi solet *καίρια* et a libris alienum est qui KEIPIA praebent et ab historia; quae negat Ulixis ratem Cyclopis

saxo tactam esse. *χειρία* autem insula est quae ad immanem Cyclopis dextram facit: sic Hercules silvam petit apud Apollonium I 1189 ut *καταχείριον ἑρετμόν* sibi quaerat. carmen tale fuisse credo *οὔρεος οὖρος ἀποσπᾶται καὶ χειρία Βάλλεται νᾶσος* .... numeris eis quos doricos vocamus (nomine id quidem absurdissimo) Chalcidenses esse aliquando demonstrabo; simili gravitate excellit Timocreontis illud *οὐκ ἄρα Τιμοκρέων μοῦνος Μήδοισιν ὀρκιατομεῖ*, quod ita discribendum est. Philoxeni autem versum esse coniecit iam Schottus, sed inanis foret suspicio nisi Theocritus, a quo iam adulescentulo Philoxeni Cyclopem expressum esse constat, Alexandriae haec respexisset, Thalysiorum v. 151 *ἦρά γέ πᾳ τῆνον τὸν ποιμένα τὸν παρ' Ἀνάπῳ Τὸν κρατερὸν Πολύφαμον ὃς ὤρεσι νᾶας ἔβαλλε Τοῖον νέκταρ ἔπειθε.* delebat versum Meinekius, et esset otiosus, nisi eruditum lectorem nobilissimi carminis commonefaceret.

XX. LYCOPHRONIDES, quem fortasse haud absurde eundem credere licet atque Lycophronem sophistam cuius memoria ab Aristotele servata est, neglegi solet ab eis qui bucolicam poesin a nescio quibus popularibus cantilenis deducunt (neque inter veros pastores ea nata est sed inter collegia et sodalitates Asianas rusticitate ficta ludentes). atqui Clearchus apud Athenaeum XV 670^{e} caprarium inductum esse a Lycophronide tradit, eumque numeris perquam memorabilibus haec cecinisse, ad Dianam credo aut Pana:

τόδ' ἀνατίθημί σοι ῥόδον
καλὸν ἀνάθημα καὶ πέδιλα καὶ κυνέαν
καὶ τὰν θηροφόνον λογχίδ' ἐπεί μοι νόος ἄλλᾳ κέχυται
ἐπὶ τὰν Χαρίσι φίλαν παῖδ' ΑΚΑΚΑΛΛΙΔΑ . . .

quoniam duo postremi versus ex ionicis puris constant, nullo pacto probanda est discriptio quae in prioribus anaclasticos constipat. imo eadem iambici et ionici numeri copulatio adgnoscenda est, quam admirabitur quicumque alteram primi stasimi in Oedipo Coloneo stropham intellexerit. in scribendis versibus Bergkium secutus sum. tantum Acacallida de meo dedi cum traditum esset *παῖδα καὶ καλάν*, proprium nomen flagitaretur, inprimis iucundum se obferret. — Alterum Lycophronidis fragmentum, doricis illis numeris (admixto ithyphallico) conprehensum restituit Meinekius. nam scripsit ille re vera

Οὔτε παιδὸς ἄρσενος οὔτε παρθενικᾶν
Χρυσοφόρων οὔτε γυναικῶν βαθυκόλπων

καλὸν τὸ πρόσωπον ἐὰν μὴ κόσμιον πεφύκῃ
ἃ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει . . . .

propter numeros ἐάν scribere ausus sum; fecerat Meinekius ἂν μή ex tradito ἀλλά; Bergkius inutilia protulit. inest autem vel sic scriptis versibus difficultas. nam epithetis pulcritudinem uti masculi pueri maturaeque mulieris ita etiam virginis efferri par est. at quid huc faciunt monilia? nudus Amor formae non amat artificem. feceram coniecturam, qua per aliquot annos gaudebam. at falsa est orcoque mandata. significantur virgines τὰ καλλιστεῖα νενικηκυῖαι. nam apud Parrhasios mulieres victrices χρυσοφόρους adpellatas esse tradit Nicias quidam Arcadicorum scriptor apud Athen. XIII 609 f. illud certamen hic respici nequit, siquidem virginum epitheton tractamus, sed nihil est cur apud aliam gentem virginibus eundem honorem contigisse negemus.

XXI. AESCHYLVS Sept. 81 chorum virginum canentem facit

αἰθερία κόνις με πείθει φανεῖσ' ἄναυδος σαφὴς ἔτυμος
ἄγγελος·
ἕλεν γᾶς ἐμᾶς πεδί' ὁπλῶν κτύπος·
ποτιχρίμπεται ποτᾶται βρέμει δ' ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος
ὀροτύπου.

ita fere haec iam ab aliis restituta sunt nec nisi paucis differunt ab ea conformatione quam Buechelerus dedit *Rh. M.* 32 p. 312. sed ne Buechelerus quidem intellexit verbis illis ἕλεν γᾶς ἐμᾶς πεδί' ὁπλῶν κτύπος ipsum nuntium referri, quem κάσις πηλοῦ ξυνουρὸς διψία κόνις in arcem Cadmeam fert, verborum autem quae secuntur subiectum non esse κτύπον sed κόνιν. id demum Aeschyleum est, pulveream nubem quae urbem versus volvitur, dum ungula putrem campum quatit, conparari cum torrente qui per montium declivia invicto inpetu fertur. fragorne an fragoris nuntius pulvis quasi torridus amnis volvitur? an βρέμει adeo ipse κτύπος? per grammaticam autem structuram ut bene distingueret subiecta Aeschylus ἕλεν maluit ponere, ubi nuntium reddit, quam praesens tempus, quod et antecedentibus et sequentibus convenit. quae si vera sunt (sunt autem manifesta) paeniturum esse Buechelerum spero quod insanienti sapientiae aliquantulum concesserit. facit enim quartam virginem post vocabulum ἄγγελος obmutescere, reliqua quintae tradit. atqui dissecantur ita verba conligata, quod fieri non posse ipse Buechelerus professus est. abeant igitur valeantque quindecim choreutae, vel potius coniunctis

vocibus quae magister chori docuit cantent. restat ut unum emendemus vocabulum. sensu caret *ποτᾶται*, praepositionem eandem quae in *ποτιχρίμπεται* est flagitari facile elucet; scripsit Aeschylus *ποτάσσει*.

Choeph. 870 chorus eiulatu Aegisthi mortali plaga percussi audito

ἔα ἔα μάλα
πῶς ἔχει, πῶς κέκρανται δόμοις.

secuntur coryphaei trimetri iambici. versum creticum ferri non posse intellectu facile est. sed etiam *ἔα μάλα* nego comico *εἶα μάλα* similibusve excusari. scripsit Aeschylus versu bacchiaco, quo nullus aptior est

ἔα ἔα
πάλα πῶς ἔχει, πῶς κέκρανται δόμοισιν;

cecinerat enim modo chorus *τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης ἆψειν· εἴη δ' ἐπὶ νίκῃ·*

Eumen. 517 Furiae canunt

ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ,
καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον,
δεῖ μένειν καθήμενον,
520 *ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.*
τίς δὲ μηδὲν ἐν φάει
καρδίαν ἀνατρέφων
ἢ πόλις βρότος θ' ὁμοίως ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν;

deest subiectum quod custodiat animos. Hermannus nihil profecit. 522 scholia non *καρδίαν* sed *καρδίας* testantur, et caret omni sensu quod traditum est. levissima Aurati opinatio *μηδὲν ἐν δέει* probari non debebat. Herwerdenianum enim rudi mutatione languidam sententiam procudere. imo ordiendum est ab illa luce, minutissimisque mutationibus gravissima sententia recuperanda. iussit Aeschylus „*φρενῶν ἔπι σκότον δεῖ μένειν καθήμενον*“. nam tenebrae sunt timoris colores. *κελαινόχρῳ κλυδωνίῳ πάλλεται* Supplicum cor 785, *μελαγχίτων φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ* Persis 115. “*expedit autem aliquid timere, et pietate uti quamvis gementem. τίς δὲ μήδε' ἐν φάει καρδίας ἀνατρέφων ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν;*“ ita *φρεσὶν ἀμφιμελαίναις* opponit cogitationes *λευκῶν φρενῶν* similis hac quoque in re Pindaro Pyth. 4, 109. haec tam evidentia duco ut nihil addam nisi Platonem aliquando contraria nec tamen dissimiliter dixisse. is enim, dum ferias

commendat, haec habet Leg. v 738^{e} *μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθὸν ἢ γνωρίμους αὐτοὺς ἑαυτοῖς εἶναι. ὅπου γὰρ μὴ φῶς ἀλλήλοις ἐστὶν ἀλλήλων ἐν τοῖς τρόποις ἀλλὰ σκότος, οὔτ' ἂν τιμῆς τῆς ἀξίας οὔτ' ἀρχῶν οὔτε δίκης ποτέ τις ἂν τῆς προσηκούσης ὀρθῶς τυγχάνοι.*

XXII. Aiax SOPHOCLIVS v. 669 cedendum sibi esse confirmat exemplis potentissimarum naturae virium, quae per vices regnent regnoque cedant, proinde ut tradita eis iura inperant. *καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα τιμαῖς ὑπείκει*, hiems aestasque, nox diesque, tempestates requiesque. *τιμὰς* recte dicit scholiasta *διανεμήσεις*, tradita iura dixi secutus Aetnae poetam, qui hunc locum splendide persequitur 229—250. *διανεμήσεις* cogitandae sunt quas Prometheus Aeschyleus sibi vindicat, atque cogita Furiam quam Apollo *ἄτιμον τίθησιν* cum Orestam ei eripit. hoc igitur optime dictum est, pessime vero *τὰ δεινά*. neque enim violenta tantum per vices regnant sed omnia, vel violentissima; alterum *καί* non potest non intensivum esse. itaque recipiendum *τὰ θεῖα* a scholiasta qui Aiacis rationem ita reddit *εἰ γὰρ τὰ θεῖα ὑπείκει τιμῇ, πόσῳ μᾶλλον προσήκει τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο πράττειν.* prior glossa *τὰ θεῖα καὶ δέος ἐμποιοῦντα* missa facienda est; sumpta ea ex scholio postquam *θεῖα* labem accepit.

Electrae qualem poenam infligere constituerint vitricus materque refert Chrysothemis 379 *μέλλουσι γάρ σ', εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γόων Ἐνταῦθα πέμψειν ἔνθα μή ποθ' ἡλίου Φέγγος προσόψει, ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ Στέγῃ χθονὸς τῆσδ' ἐκτὸς ὑμνήσεις κακά.* exilium et carcerem non posse simul commemorari bene. intellexit Nauckius, sed quod Heimsoethiano remedio *πόλεως* e *χθονός* facit, et remedium displicet et sententia: qualis illa casa est et infra terram et extra urbem sita? Mycenis sumus, thesauri Mycenaei adprime huc faciunt. ei extra arcem, non vero extra urbem siti sunt. non dubito Sophoclem Euripidemque ruinarum ipsarum aliquam habuisse scientiam; atque arbitratus est idem Otto Iahnius. Electrae autem versibus non nihil gravitatis vigorisque inde adcrescit, neque refugio a quamvis violenta emendatione: quodsi adposite ad monumenta ista Sophocles dixit, dixisse putandus est *ἐν κατηρεφεῖ θόλῳ στέγης τῆσδ' ἐκτός*. recte autem fecit Sophocles quod *θόλον* illam extra *ἕρκεα ἀμύμονος αὐλῆς* sitam (χ 442) hoc nomine significavit Homerico. quamquam et Athenis *θόλον* in foro extrui adulescens viderat.

Cum ante aliquot annos de iugo Cithaeronis Boeotiae campos despicerem, hic collis Heliconii laetitia, illic vasta Coparum palus oculos detineret, memoria recolebam cum Baccharum divina cantica tum Oedipi illud carmen, quo chorus ante ipsum *ἀναγνωρισμὸν* regi caelestem stirpem auguratur. quoniam vero ipsa loca, contra quorum formam librarii peccaverant, oculis collustrabam fieri non poterat quin vitium eluerem levidense quidem sed quo de grata carminis lascivia aliquantum detrahitur. Oedipus quem infantem in Cithaerone traditum esse pastori Corinthio modo audivit, ut dei cuiusdam ex nympha filius esse cognoscatur fore sperat chorus. de patre ambigit, matrem non aliam esse confidit atque unam *τῶν μακραιώνων κορᾶν*, quoniam in Cithaeronis desertis femina neque caelestis neque mortalis degit. deos nominat quicumque rupes et pascua colere creduntur, Panem Apollinem Mercurium *νομίους*, denique Bacchum, cuius sacra in Cithaerone fiunt. is igitur fortasse Oedipum *εὕρημα δέξατ' ἔκ του Νυμφᾶν Ἑλικωνιάδων αἷς πλεῖστα συμπαίζει.* non fugit me facetissimus iocus, quo Bacchus inter nocturnarum feriarum vina et choreas adeo inscius cum nympha concubuisse dicitur, ut filium suum *εὕρημα* accipere possit (cogita Xuthum Euripideum Ionis v. 550); at hercle ineptissime Heliconia nympha commemoratur in Cithaerone. ut taceam Heliconis nymphas Musas esse a Baccho alienas, venitne peregrina nympha in Cithaeronem ut conciperet an ut pareret? Bacchus Heliconem non colit, nec quaerit ille, si bene eum novi, prosapiam puellae quicum concumbat: forma pellicitur, oculorum fulgores eum percellunt *νυμφᾶν ἑλικωπίδων αἷς πλεῖστα συμπαίζει.*

Eiusdem Oedipi 461 *καὶ ταῦτ' ἰὼν*
εἴσω λογίζου, κἂν λάβῃς ΕΨΕΥΣΜΕΝΑ
φάσκειν ἔμ' ἤδη μαντικῆς μηδὲν φρονεῖν.

ἐψευσμένον libri; quod ferri posset si pronominis forma enclitica sequeretur.

1313 *ἰὼ σκότου*
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, ἐπιπλόμενον ἄφατον ἀδάματον
τε καὶ
δυσ⟨εξ⟩ούριστον

Euripides dixisset *δυσεξήνυστον* vel *δυσεκπέραντον*: Sophoclem ionismus inprimis decet.

1517 *γῆς μ' ὅπως πέμψεις* ΑΟΙΚΟΝ.

ἄποικον barbare libri. denique memorabilis est et neglecta adeo ut de integritate versiculi dubitaverint demonstrativi pronominis attractio v. 1466 *αἶν μοι μέλεσθαι*, cum praecessit *αἶν οὔποτ' ἤδη χωρὶς ἐστάθη βορᾶς τράπεζα*. dixit de hac attractione Hauptius op. II 471.

XXIII. In EVRIPIDIS Alcestide emendanda quae vera via sit uno et insigni exemplo docebo. in Eumeli cantico stropham ita conclusit Euripides, 400 *ὑπάκουσον, ἄκουσον, ὦ μᾶτερ, ἀντιάζω Ἐγώ σ' ἐγώ, Μᾶτερ, σὸς ποτὶ σοῖσι πίτνων στόμασιν νεοσσός*. quibus respondet antistrophus 413 *ἀνόνατ' ἀνόνατ' ἐνύμφευσας οὐδὲ γήρως Ἔβας τέλος Σὺν τῷδ', οἰχομένας δὲ σοῦ, μᾶτερ, ὄλωλεν οἶκος*. sed in archetypo interpolata haec erant; inrepserat post *σὺν τῷδ'* in priapeum antistrophi scholion *ἔφθιτο γὰρ πάρος*, strophae eodem loco *καλοῦμαι* (vocis *ἀντιάζω* glossema) et articulus *ὁ*. cetera codex *Φ* integra servarat, peccat Vaticanus cum adseclis, qui et *σε* inter *καλοῦμαι* et *ὁ* inserit mala fraude, et monometri iambici loco in stropha haec informia habet *σ' ἐγὼ μᾶτερ ἐγώ*. archetypum dixi: nam qui in septem primis tragoediis duas classes distinguere pergit, demonstrat se manifestae veritati nescire obsequi. pendet enim codex *Φ* ex eodem libro scholastico saeculi p. Chr. primi atque ceteri, ita tamen ut propius absit a Marciano quam a Vaticano, haud pauca peculiaria habeat utpote primus derivatus a communi stirpe. quorum tamen exiguus usus est in eis fabulis quas etiam in Marciano habemus servatas (triade potissimum Byzantina), maximus in Medea et Alcestide.

Quam vere olim dixerim, nullum versum non suo loco traditum esse in Medea, nullum remedium traiectione lenius esse in Hippolyto conprobant et qui suis in Medea traiectionibus gloriantur et qui mihi conviciantur quod tragicae Phaedrae tandem satisfeci. interim libet novum ac manifestum documentum promere.

Hipp. 565 *σιγήσατ', ὦ γυναῖκες, ἐξειργάσμεθα.*
568 *σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.*
567 *ἐπίσχετ'· αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.*
566 *τί δ' ἔστι, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισί σοι;*

Andromacham ab histrionibus nos habere interpolatam scimus ex quo H. Hirzelius acumine praeclaro ineptias istas 668—77 expulit. idem histrio etiam Pelei quae proxime antecedit orationem enthymemate auxit. declamationis summa haec est. Menelaum inter viros non esse habendum (591 dittographia est genuini versus 590)

qui primum nesciverit uxorem tueri, deinde in bello propter adulteram suscepto ignave se gesserit, — qui fratrem ut sua causa filiam immolaret coegerit, ipse Helenam captam interficere non sustinuerit. talem igitur virum saevire contra paelicem generi absentis etc. lineola significavi locum qui histrioni idoneus visus est, cui pannum suum adsueret. nam ab hac lite alienissimi sunt versus 619—623

κἀγὼ μὲν ἡὔδουν τῷ γαμοῦντι μήτε σοὶ
κῆδος συνάψαι μήτε δώμασιν λαβεῖν
κακῆς γυναικὸς πῶλον· ἐκφέρουσι γάρ
μητρῷ' ὀνείδη. ταῦτα καὶ σκοπεῖτέ μοι
μνηστῆρες, ἐσθλῆς θυγατέρ' ἐκ μητρὸς λαβεῖν.

Num sit in Baccharum prologo qui criticos cultros effugerit versiculus ignoro: Euripidem nullum non scripsisse scio quoniam una litterula mutata (*τἀκεῖ* facio ex *κἀκεῖ*) luxatae periodo quae a v. 13 ad v. 22 porrigitur ordinem suum restituere possum. ita enim oratio procedit nunc a *ταυτολογίας* crimine liberata. *λιπὼν Λυδῶν γύας Φρυγῶν τε, Περσῶν πλάκας . . . . Ἀσίαν τε ἐπελθὼν εἰς τήνδε πρώτην ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν* TAKEI *χορεύσας καὶ καταστήσας ἐμὰς τελετάς, ἵν' εἴην ἐμφανὴς δαίμων βροτοῖς. πρώτας δὲ Θήβας τῆσδε γῆς Ἑλληνίδος ἀνωλόλυξα . . . . ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς . . . . οὐκ ἔφασκον ἐκφῦναι Διός.*

Caput strophae 977 sic scriptum

ἴτε θοαὶ Λύσσας κύνες, ἴτ' εἰς ὄρος,
θίασον ἔνθ' ἔχουσι Κάδμου κόραι.
980 *ἀνοιστρήσατέ νιν ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ στολᾷ*
λυσσώδη κατάσκοπον μαινάδων

respondet antistropho (nam dochmiorum formae omnes legitimae sunt)

ὃς ἀδίκῳ γνώμᾳ παρανόμῳ τ' ὀργᾷ
ἐπὶ σὰ, Βάκχι', ὄργια ματρός τε σᾶς
μανείσᾳ πραπίδι παρακόπῳ τε λήματι στέλλεται
1000 *τἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ.*

de meis dedi 981 ordinem verborum; codex *μ. κ. λ.* idem 998 *περὶ τὰ βάκχι' ὄργια* 1000 *τὰν ἀνίκατον.*

Helena Theoclymeno demiranti cur coniugem mortuum lugeat respondet elegantissime 1225

φίλος γάρ ἐστιν ὅς ποτ' ἔστι KAI ΘΑΝΩΝ

codex *ἐνθάδ' ὤν.*

Splendidi carminis Helen. 1107 quod e codice *C* descriptum dedi An. Eur. 55 primam stropham nunc adscribam emendatam. summa quidem enituit numerorum dictionisque magnificentia, sed ipso cultu ipsisque et elocutionis et conpositionis artificiis paullo obscurior reddita est sententiarum continuatio. quae talis est. *luscinia concinente lugeamus et Helenae et Troadum fata. qui Spartam venit ut Helenam raperet ipso Veneris ductu redditus est infelix. etiam ex Achivis multi ad Troiam, multi in reditu occubuerunt. non praebet quidem amplius Lacedaemon barbaris portum, sed Menelaus quoque a patriis finibus repulsus errat cum falsa Helena.* huius commemoratione transitus fit ad alteram propositi argumenti partem.

Σὲ τὰν ἐναύλοις ὑπὸ δενδροκόμοις
μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν ἀναβοάσω,
σέ τὰν ᾀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδόν,
ἀήδονα δακρυόεσσαν.
ἔλθ', ὦ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα,
θρήνων ἐμοὶ ξυνεργὸς
Ἑλένας μελέους πόνους
τὸν Ἰλιάδων τ' ἀειδούσᾳ δακρυόεντα πότμον
Ἀχαιῶν ὑπὸ λόγχαις.
Ὃς ἔδραμε ῥόθια Μαλέα βαρβάρῳ πλάτᾳ,
ὃς ἔμολεν ἔμολε πεδία Πριαμίδαις ἄγων
Λακεδαίμονος ἄπο λέχεα
σέθεν, ὦ Ἑλένα, Πάρις αἰνόγαμος
πομπαῖσιν Ἀφροδίτας.
Πολλοὶ δ' Ἀχαιᾶν δορὶ καὶ πετρίναις
ῥιπαῖσιν ἐκπνεύσαντες ᾅδαν μέλεον ἔχουσιν,
ταλαινᾶν ἀλόχων κείραντες ἔθειραν.
ἄνυμφα δέ μέλαθρα κεῖται
πολλοὺς δὲ πυρσεύσας φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν
Εὔβοιαν εἶλ' Ἀχαιῶν
μονόκωπος ἀνὴρ πέτραις
Καφηρίσιν ἐμβαλὼν Αἰγαίαις τ' ἐνάλοισιν ἀκταῖς
δόλιον ἀστέρα λάμψας
Ἀλίμενα δ' ὄρεα Μαλέα βαρβάρου στολᾶς·
ὃ δ' ἔσυτο πατρίδος ἀπόπρο χειμάτων πνοᾷ
τέρας οὐ τέρας ἀλλ' Ἔριν
Δαναῶν Μενέλας ἐπὶ ναυσὶν ἄγων
εἴδωλον ἱερὸν Ἥρας.

1107 *ἐναυλείοις* correxit Scaliger. 1111 *ἐλθέ διά* corr. Musgravius. 1112 *θρήνοις ἐμῶν* 1113 *μελέας* corr. G. Hermannus. 1114 *δακρυόεντα πόνον* corr. Badhamus. 1116 et 1132 *μέλεα* corr. Hermannus posteriore loco. *βαρβάρῳ πλάτᾳ* et *Πριαμίδαις ἄγων* inverso ordine. integros trimetros traiecit C^2. 1120 *σέθεν ὡς εἶλε,* corr. Seidler. 1125 *τάλαιναν* 1128 *εἶλες* corr. c, nisi altior corruptela, nam otiosum est *Ἀχαιῶν*. 1130 *Καφηρίαις* corr. Heath. *ἐναλίοις*, corr. Badhamus. 1133 *ὅτε σὺ τό, ὅτ' ἔσυτο* Musgravius. *χευμάτων*, corr. Heathius. 1135 *Δαναῶν νεφέλαν.*

Heraclid. 748

*Γᾶ καὶ πανν*ύ*χιος σελάνα καὶ λαμπροτάτου θεοῦ*
φαεσίμβροτοι αὐγαί,
ἀγγελίαν μοι ἐνέγκαι,
ἰαχήσετε δ' οὐρανῷ καὶ παρὰ θρόνον ἀρχέταν
γλαυκᾶς ἐν Ἀθάνας.

749 male cumulatis adiectivis legitur *λαμπρόταται*; 751 *ἐνέγκαι* faciendum erat ex *ἐνέγκατ'*, nam versus elisionem non admittit. denique traditum est *γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ*. genetivum bene restituit Schaeferus, sed abicienda erat copula, siquidem solium Erechthei in ipso Poliadis templo est. quae secuntur recte procedunt apud Nauckium usque ad finem antistrophi, pro huius Heraclidarum partis natura lacunosum. nec tamen obscurum erat quid intercidisset, vacillabat autem iudicium propter incertam archetypi memoriam. qua explorata ultro conligimus ab Euripide scriptum esse

Ζεύς μοι σύμμαχος, οὐ φοβοῦμαι, Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως
ἔχει· οὔποτε θνατῶν
ἥσσους ⟨*δαίμονες*⟩ ΕΓΓΕΜΟΙ *φανοῦνται.*

ἐγ γ' ἐμοί feci ex *εἴτ' ἐμοῦ*.

In Supplicibus post editionem meam stultissima multa temptata sunt, verum nihil nisi quod Herwerdenus v. 686 spurium esse felici casu intellexit. ne errores quidem mei, quamvis et multi et luculenti correcti sunt[1]). ego nunc satis habeo v. 899 emendationem perficere. dicitur de Parthenopaeo, pulchro puero,

πολλοὺς δ' ἐραστὰς κἀπὸ Θηλειῶν Ο ΠΑΙΣ
ἔχων ἐφρούρει μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

[1]) Cum haec scribebam nondum huc perlata erant quae Nauckius nuper de Supplicibus disseruit. qui suo iure vituperavit quod manifesta fraus me latuit in v. 348 Byzantini correctoris. quae praeterea temptavit vir unicae

ὁσας traditum est. *ἀπὸ Θηλειῶν* autem eo artificio dictum quod explicavi p. 215. eadem emendatio sanat desperatum Machonis locum apud Athenaeum XIII 583[b] *ἀλλ᾽ ἐγχεέτω μοι τέτταρας κοτύλας* Ο ΠΑΙΣ *εἰς τὴν μεγάλην*. habet codex ibi *ἔπειτ᾽* contra Machonis artem; sequitur autem *ἔπειτεν ὁ βασιλεὺς λέγει*.

Troad. 159 ΕΚ. *ὦ* ΤΕΚΝΟΝ, *᾽Αργείων πρὸς* ΝΟΣΤΟΝ
κινεῖται κωπήρης χείρ.

libri *ὦ τέκν᾽ Α. πρὸς ναῦς ἤδη*. sed antistrophus *ὦ τέκνον ὀρθρεύου σὰν ψυχάν* et 161 *οἵ᾽ γὼ τί θέλουσ᾽; ἦ που μ᾽ ἤδη ναυσθλώσουσιν πατρίας ἐκ γᾶς;* — Talthybius Hecubam *λάτριν* vocarat, respondet Casandra

424 *ἦ δεινὸς ὁ λάτρις· τί ποτ᾽ ἔχουσι τοὔνομα*
426 *οἱ περὶ τυράννους καὶ πόλεις ὑπηρέται;*
425 *κήρυκες· ἓν ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς.*

Hecuba liberorum fata deplorat. filii occisi sunt, *ἃς δ᾽ ἔθρεψα παρθένους*

485 *εἰς ἄξίωμα νυμφίων ἐξαίρετον*
ἄλλοισι θρέψασ᾽ ἐκ χερῶν ἀφῃρέθην.

aliis si non educarunt filias plorare solent matres. nam innuptae tum apud matrem consenescunt. acerbissimo acumine dixit Hecuba „filias, quas educabam nuptiis splendidis, *Ἕλλησι θρέψασ᾽ ἐκ χερῶν ἀφῃρέθην*. nam apud barbaros Graeci nominis eadem invidia est atque barbari apud Graecos. redit Hecuba ad eandem rem v. 500, adlocutaque Casandram *οἵαις ἔλυσας συμφοραῖς ἄγνευμα σόν* ad Polyxenam pergit, quam item credit infami stupro pollutam esse. sed hoc ita dicendum dictumque erat ab Euripide, *σύ τ᾽, ὦ τάλαιν᾽ ὅπου ποτ᾽ εἶ, Πολυξένη*. corruptum autem circumfertur leviter quidem sed ut omnis vis et gravitas interierit, *σύ τ᾽ ὦ τάλαινα, ποῦ ποτ᾽ εἶ, Πολυξένη;*

Hecuba ad Astyanactis corpus 1157 *οἴμοι, τὰ πόλλ᾽ ἀσπάσμαθ᾽, αἵ τ᾽ ἐμαὶ τροφαὶ Ὕπνοι τ᾽ ἐκεῖνοι φροῦδά μοι*. quoniam mulier quae infantem curat, somnum non capit, sententiam adsecutus est sua medicina Heimsoethius *ἀυπνίαι τε φροῦδά μοι*. Euripides autem *ὕπνοι τ᾽ ἄυπνοι* dederat.

---

eruditionis rarique ingenii, quem in dies magis suspicere atque admirari disco, in eo nituntur sermonis exaequandi studio quod in dies magis intellego repudiandum esse. v. 320 vero etiam contra usum peccat; qui *τί δράσας* ita usurpat ut non procul absit a *τί παθὼν* cf. Or. 849. Hercul. 540. 1188. hinc Rheso 725 restitue *τί δράσας; τί ταρβεῖς;*

1298 in fine antistrophi primae exodi,

πτέρυγι δὲ καπνὸς ὥς τις ΟΥΡΙΑΙ *πεσοῦσα δορὶ καταφθίνει γᾶ.*

libri *οὐρανίᾳ*. cf. Aristoph. Ach. 666 ubi *φέψαλος ἀνήλατο οὐρίᾳ ῥιπίδι.*

XXIV. CRATINI notissimi sunt versus (inc. 22) *χαῖρε χρυσόκερω βαβάκτα κήλων Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.* Argos urbem aut Peloponnesum nihili esse vidit iam Dorvillius, sed *πελασγικὸν τεῖχος*, cuius *ἐννεάπυλον* Panis antro vicinum est, quomodo Argos dici possit exputare non possum. videtur nemo meminisse oraculi *τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον*; sustulisset enim vitium manifestum.

XXV. Aristides Lysimachi f. de Themistocle dixisse fertur *σοφὸς γὰρ ἀνήρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν* (Plutarch. Arist. 4). recepit versiculum inter tragica adespota Nauckius. at quis fingere poterat Aristidem tragoediae floribus usum? Eupolis Demis induxit Solonem Miltiadem Aristidem Myronidem Periclem; ac videmus cur quisque ex Orco resuscitetur quaeri, veluti Myronides Periclem evocat. desideraremus Themistoclem nisi ex hoc versu intellegeremus cur Aristides eum sprevisset. ad Demos facit scholion Aristidis (III p. 472 Dind.) quod e Marciano codice 453 descripsi. Aristides ipse fgm. 7 recitat, quod Demostratum spectare recte suspicantur, scholiasta addit cum alia nota partimque falsa, tum *τὸ δὲ ἄριστος πρὸς τὸ ῥήτωρ· ἐκαλεῖτο δὲ Δημόστρατος.* ac novo scholio *ταῦτα Εὐπόλιδος, εἴρηται δὲ μετὰ πέντε ἰάμβους τῶν ὄπισθεν.* dicere debebat *ἔμπροσθεν*, nam supra adscripserat fgm. 6.

XXVI. ARISTOPHANES in Avium parabasi de Amore canit

οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς ΝΥΧΙΟΣ *κατὰ τάρταρον εὐρύν*
ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.
[πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων πρὶν Ἔρως ξυνέμειξεν ἅπαντα]
ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γέγον' οὐρανὸς ὠκεανός τε
καὶ γῆ πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον.

v. 698 *νυχίῳ* intactum reliquerunt critici quamvis a politissima carminis elegantia abhorreat. contra mirati sunt Chaos dici alatum, quicum concumberet Amor. at *ὀρνιθογονίαν* habemus, ac nefas foret alites a matre non alata procreari. ne stultam quidem interpolationem sustulisse quemquam video. tales rarae sunt in Aristophanis comoediis praeter Ranas, nec tamen desunt quae locum male

occupatum teneant. continebo me intra duas comoedias quae ex servatis antiquissimae sunt.

Acharn. 95 *πρὸς τῶν θεῶν, ἄνθρωπε, ναύφρακτον βλέπεις*
[ἢ περὶ ἄκραν κάμπτων νεώσοικον σκοπεῖς]
ἄσκωμ' ἔχεις που περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω;

ut conparatio admodum faceta eniteat delendus est versus a nemine ita ut placeat explicatus. antiqua fraus eius generis est de quo dixi in An. Eurip. 205.

352 *δεινὸν γὰρ οὕτως· ὀμφακίαν πεφυκέναι*
τὸν θυμὸν ἀνδρῶν ὥστε βάλλειν καὶ βοᾶν
ἐθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον,
355 *ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν*
[ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἅπανθ' ὅσ' ἂν λέγω].
καίτοι φιλῶ γε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ.

desiderabat interpolator verbi *λέγειν* obiectum.

587 *οὗτος, τί δράσεις; τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμεῖν;*
πτίλον γάρ ἐστιν ΔΙΚ. *[εἰπέ μοι, τίνος ποτέ*
ὄρνιθός ἐστιν] ἆρα κομπολακύθου;

contra hiat exodi antistrophus prima, sed reciperari fere possunt haec

φιλήσατόν με μαλθακᾶς, ὦ χρυσίω,
τὸ περιπεταστόν, τὸ μανδαλωτόν.
⟨Δικαιόπολις ἔρχομαι νικηφόρος,⟩
τὸν γὰρ χοᾶ πρῶτος ἐκπέπωκα
Λ. *ὦ ξυμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν.*
⟨Δ. *ὦ ξυμφορὰ μάκαιρα τῶν ἐμῶν πότων⟩*
Λ. *ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδύνων*
Δ. *ἰὴ ἰὴ χαῖρε Λαμαχίππιον*

Equ. 734 Isiciarius ad Populum

ἐρῶν πάλαι σου βουλόμενός τέ σ' εὖ ποεῖν,
ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ καλοί τε κἀγαθοὶ
735 *ἀλλ' οὐχ οἷοί τ' ἐσμὲν διὰ τουτονί· σὺ γὰρ*
[ὅμοιος εἶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐρωμένοις]
τοὺς μὲν καλούς τε κἀγαθοὺς οὐ προσδέχῃ,
σαυτὸν δὲ λυχνοπώλαισι καὶ νευρορράφοις
καὶ σκυτοτόμοις καὶ βυρσοπώλαις ἐπιδίδως.

prope abest scaenae particula quae in editionibus admodum vitiose scripta circumfertur, partim propter superstitiosam Ravennatis libri reverentiam, quae centenos versus corrupit, partim quia e per-

turbata personarum distinctione alii errores pullularunt. Aristophanes haec scripserat, nec indiget emendatio commendatione.

ΠΑ. *ἴωμεν ὡς τὸν Δῆμον.* ΑΛΛ. *οὐδὲν κωλύει.*
ΠΑ. *ἰδού, βαδίζω.* ΑΛΛ. *μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω.*
ΠΑ. *ὦ Δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε.* ΑΛΛ. *νὴ Δί' ὦ πάτερ.*
[ΠΑ. *ἔξελθε δῆτ' ὦ Δημίδιον φίλτατον*]
ΔΗ. *τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας;*
τὴν εἰρεσιώνην μου κατεσπαράξατε.
ΠΑ. *ἔξελθ' ἵν' εἰδῇς οἷα περιυβρίζομαι.*
ΔΗ. *τίς, ὦ Παφλάγων, ἀδικεῖ σε;*

723 ὡς Meinekius: ἐς libri. 724 personarum notas addidi; *βάδιζε* libri, cui *ἰδού* refragatur. 726 post hoc Byzantini ingenii numerique documentum, quod frustra emendatur, Ravennas v. 729 traicit; idem 726 *ἄπιτ' ἐκ τῆς θύρας* pariter vitiosis et numeris et dictione. 729 *οἷάπερ ὑβρίζομαι* libri. correxit Elmsleius.

defenditur iusta distinctione restituta quo carere nequaquam possumus versus Ach. 915.

ΒΟΙ. *λάβοιμι μέν τἂν κέρδος ἀγαγών;* ΔΙ. *καὶ πολύ,*
ὥσπερ κέραμον ἐνδησάμενος. ΒΟΙ. *νεὶ τὼ θιά,*
αἷπερ πίθηκον ἀλιτρίας πολλᾶς πλέων.

Ach. 1112.

ΔΙ. *ὤνθρωπε, βούλει μὴ βλέπειν ἐς τὰς κίχλας;*
ΛΑ. *ὤνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;*
ΔΙ. *οὐκ, ἀλλ' ἐγὼ χὠ παῖς ἐρίζομεν πάλαι*
πότερον ἀκρίδες ἥδιόν ἐστιν ἢ κίχλαι.
βούλει περιδόσθαι κἀπίτρεψαι Λαμάχῳ;

Equu. 657.

κἀγώ' φρασα
αὐτοῖς ἀπόρρητον ποησάμενος ταχὺ
τῶν δημιουργῶν ξυλλαβεῖν τὰ τρύβλια,
ἵνα τὰς ἀφύας ὠνοῖντο πολλὰς τοὐβολοῦ.

Acharn. 1025 Dercetes (quem Phylasium fecit Aristophanes non quia talis homo umquam fuit, quae opinio esse videtur Koehleri ad CIA II 35, sed quia Phyla latronibus Boeotis obnoxia est) boves suos ita deplorat

καὶ ταῦτα μέντοι ΒΟΙΔΙ *ὥπερ μ' ἐτρεφέτην*
ἐν πᾶσι βολίτοις.

libri *καὶ ταῦτα μέντοι νὴ Δί'* tautologia minime toleranda.

In Equitum antoda Victoria invocatur Equitum contubernalis

ita ut in equitatus Atheniensis Aristophaneique chori ambiguitate eleganter ludatur. sed intellegi nequit v. 589 *Νίκην ἣ χορικῶν ἐστιν ἑταίρα τοῖς τ' ἐχθροῖσι μεθ' ἡμῶν στασιάζει.* sive cantica intelleges sive cantores non omnium eorum sodalis Victoria est sed alterius partis. *ἐχθροὶ* autem necessario audiuntur et Peloponnesii et Cratinus Aristomenesque. latet igitur vocabulum quo Aristophanis comoedia simulque equitum virtus significetur. quod ita coniunxit Aristophanes ut simul dea Victoria coniuncta dicatur iure sodalicii aliis deabus, quae et praesident iuventutis Atticae flori et festivam potissimum et ludibundam poesin tutantur: *Νίκην ἣ Χαρίτων ἐστὶν ἑταίρα.* de Gratiis Atticis eximie disputavit Robertus; *Χάριτες* poeticae hoc nomine apud cynicos poetas saepe laudantur, nec tamen non dixit Aristophanes Thesmophoriazusarum alterius epirrhemate *μήτε Χάριτας βοᾶν ἐς χορὸν Ὀλυμπίας· ἐνθάδε γάρ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ διδάσκαλος.*

Pac. 950 chorus celeriter confici sacrificium iubet, ne Chaeris tibicen superveniat *κᾆτα τοῦτ' εὖ οἶδ' ὅτι Φυσῶντι καὶ πονουμένῳ Προσδώσετε δήπου.* non expendo metricas difficultates, quae priores versus obsident, ultimum non tangunt; ibi vero *δήπου* plane otiosum est, neque dubito quin Aristophanes scripserit *προσδώσετε δημοῦ.* commonet me hic vocabuli *προσδιδόναι* usus versiculi Euripidei, in quo melius cognito codice *Φ προσδιδόναι* resurrexit revocatum iam antea a Madvico et numeris flagitatum. Satyri enim Cyclopi dum antrum intrat immanes dapes commendant, ubi abiisse eum sentiunt, timore liberati ita eum ludificantur. 361 *μή μοι μὴ προσδίδου· Μόνος μόνῳ* ΓΕΜΙΖΕ ΠΟΡΘΜΙΔΑ *σκάφος·* i. e. mihi nequid impertias de cena tua, soli tibi ventrem inple. abdomen monstri istius v. 505 *σκάφος ὁλκάς* vocatur. hoc loco *Φ κόμιζε πορθμίδος.*

XXVII. MENANDER Piscatoribus I

μόνος γὰρ θάνατος οὗτος φαίνεται
εὐθάνατος, ἔχοντ' ΑΝΑΠΛΕΑΣ ΤΑΣ *χολάδας κεῖσθαι πάχυν*
ὕπτιον, μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω
ΚΝΗΣΙΩΝΤΑ *καὶ λέγοντα „σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς“*

v. 4 *ἔχοντα πολλὰς χολάδας* v. 6 *ἐσθίοντα* Athen. XII 549c.

Gryphiae. Non. Sext.

UDALRICUS DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF.